

D E
HÆREDITARIIS
ACTIONIBVS
TRACTATVS
NOVISSIMVS, ET SINGVLARIS

In duas Partes diuisus

In quarum Prima agitur de Hæreditarijs Actionibus Passiis.

In Secunda verò agitur de Hæreditarijs Actionibus Actiis.

A U T H O R
ALBERTO ALDERISIO I.C.

*Opus perutile, & necessarium nedum causi, licet, & in foro versantibus;
& decidentibus, sed etiam & ijs, qui iuris subtilitates percipient.*

Cum Indicis Argumentorum, & Materiarum.



D I C A T U M
ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. HIERONYMO MARIA
PIGNATELLO

Principi Ciuitatis Marsici Noui, atq; utili Domino
Status Moliterni, Sarcuni, Sanctiq; Quirici
Rapari, nec non Villæ Barrae, &c.



NEAP. Typis Francisci Mollo MDCIXXVII.

*Superiorum facilitate,
Expensis Francisci Maffari.*

Illusterrimo, & Excellentiss. Dño.



Nceps eram, inuestigare nesciens, Excellentissime Prin-
ceps, cuius gloria sit maior, Minerue, Bellone, an
Ceroris? iam certus sum, videns deceptum Vegetum
Bellone tribuentem gloriam, quae enim crudeli, segni-
ue ascribenda sit gloria? Est Miles, vel vulnerans, cru-
delis, vel fugiens saucijs, ignauus, ac segnis, non perpera-
lugebat Seneca de filijs Officialium in bello deceden-
tium, quorum post excidium Troiae quot Regna diruta, quot Populi capti in
bello? Mentitum Apuleium in diuitijs cum Cerere crapulantem. Praclare
facies magne diuitie, quas Crates suas in mare proiecit, et naufragavit Mi-
da, quia eae ubi inueniuntur, ibidem relinquuntur, in terra scilicet, et adhuc
vis corporis, et alia eiusmodi quale initium, talem suscipiunt finem. Italia
potentissima olim sceptrum tenuit in Orbe terrarum, nunc vero miserrima
sufficiat ei memoria desperita, et trophaea sub humo abscondita pra magnis
dolore aspicere non valenti alteri deseruit, praeter Pontificalē thronum, cuius
potestas super omnes potestates tanquam eretta non Alexandri phalangi-
bus, Caesarisq; legionibus, sed placida Christi Cruce, eiusque pretiosissimo
irrigata sanguine, et aucta. Omnia sensibilia, orta occidunt, auctaque senes-
cent, magis prauitas eorum admiranda, qui dediti corporis gaudijs, per lu-
xuriā, et nenia, inter ignauiam etatē ducunt, malignisq; artibus inaduer-
tentē astutorum adulantionē in laqueos miserrimē incident, praesertim cū
multe sint artes, quibus summa claritudo parari non potest, et quod dete-
riūs adulator adulacionē adulatio ne tegit, prout contigit Tiberio, qui à
Patre illo conscripto adulante seductus, cuius adulacionē iam in Senatus
audiens Caecilius Seuerus interitum Tiberij, et Republicā predixit, cū
Tiberius reliqua Roma, ad insulā Capreiarū se cōtulit, ut expletet, ut bicus
libidinem, exercebat tyrannidem in Imperio, et adulator in ipsis interitū
gaudebat. Veridicum scio Diuum Augustinum in libris conscribendis tri-
buuentem gloriam, Ingenij fructus, afferit ipse, afferre, & quosdam mentis
partus, quos non tam libros, quam liberos dicimus, et merito, quia tota,
quam dicunt gloriam, sine virtute stultitia est; Moyses magis gloriosus in
libris, quos scripsit, quam in prodigijs in Aegypto patratis, Esdra poculum
caelitus habuit libros scribendi, Joannes de Celo vocem audiuit, ut scriberet
Arcana Dei, et Iesus, ut eius generationis liber scriberetur, gloriatur. Mira
certe libros scribendi adiumentio, in paucis folijs perennis dilatare glorias;
Vna quod contingit in hora in finu eternitatis reponere, exili calamo eten-
tem compescere, nē vltro labatur, oblinionem inficere sola stilla atramenti,
versiculo uno occidere tempus, una penna nomina, et si non bona, magna
tamen, ab inferis usq; ad sidera efficit euolare, ex eo, quia ingenij egregia
facinora, sicut anima, immortalia sunt; animus incorruptus eternus huma-

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinale Caracciolo Archicopisco Neapolitano sub 2. Nouembris 1679. fuit dictum, quod Reu. P. Antonius Rossi Soc. Iesu reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

S. Menattus Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Emin.

Ivissu Eminentissimi Domini mei sedulò considerati opera Alberti Alderisi de Hæredibus, ac Hæreditarijs actionibus, atque in eis nihil inueni sanctæ doctrinæ, abt bonis moribus repugnans; sed multa egregiè pertractata, ac magistraliter, ut aiunt discussa; ideo dignum censeo, quod Typis imprimantur, sub censura tandem eiusdem Eminentissimi, Neap. ex Coll. S. Ioseph Soc. Iesu die 21. Maij 1682.

Antonius Rossi Soc. Ies.

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinale Caracciolo Archicopisco Neapolitano sub die 20. Junij 1682. fuit dictum, quod stante relatione supra scriptæ revisionis imprimatur.

S. Menattus Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Emin.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Il Dottor Alberto Alderiso supplicando fa intendere à V.E. come ha composto un Trattato legale *De Hæredibus & Hæreditarijs Actionibus ipsiis competentibus*, e perche desidera farlo stampare, supplica V.E. degnarsi commettere la revisione di detto Trattato à chi meglio parerà à V.E. e l'hauerà à gratia ut Deus.

Magnificus V.I.D. Amilis Gaudiosius reuideat, & in scriptis Suæ Excell. referat.
Galcota Reg. Carrillo Reg. Calà Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 24. mensis Maij 1678.

Scoppa.

EXCELENTISSIME DOMINE.

Tractatum de Hæredibus, & Hæreditarijs Actionibus ipsiis competentibus elucubratum à celeberrimo, solertiissimoq; V.I.D. Alberto Alderiso, perlegi maximo animi oblectamento, iucunditate, ac leuamine; Quippe qui vir prudètissimus ipse Albertus, salvo semper Regiæ Intisdiictionis Iure luminis sapientiæ p̄fæserit parentem, proht diudicatum fuit uno ore in alijs Tractatibus ab eodem met' Autore compositis, nempè uno de Symbolicis contractibus, altero verò de Assistentia, siue continuatione ad Horatium Barbarum de Assistentia. Ideòque ad communem studiosorum utilitatem æternis mandari monumentis, ita iubentur. Excellentia Vestra mea refert opinio, Neap. die primo mensis Martij 1680.

Excellentiae Vestre

Seruus Humillimus

Amilis Antonius Gaudiosus.

Vita supradicta relatione Imprimatur, & in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg.

Florillus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 16. Octobris 1682.

Maffellonus.



ALBERTI ALDERISII I. C. TRACTATVS DE HÆREREDITARIIS ACTIONIBVS PARS PRIMA.

ARGUMENTVM.

Hæreditaria actio quid in terminis huius tractatus, diuiditur in actiuam, & passiuam, examinaturq; quæstio quomodo veraque detur. Hæreditas alia terrena, alia cœlestis quomodo inter se differant.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hæreditiarum actionum frequissima iudicia.*
- 2 *Hæreditiarum actionum tractatum nemo ex professo, nec methodicè trahauit.*
- 3 *Hæreditiarum actionum frequens, quotidiana, & perutilis materia.*
- 4 *Hæreditaria actio quid.*
- 5 *Hæreditiarum actionum sunt, quarum hæreditas est domina secundum Bald. in rubr. C. de hæred. act. obser- rē tamen.*
- 6 *Hæreditas quid.*
- 7 *Hæreditatis nomen iuris est uniuersa bona, & iura ubicumq; possita conti- nens, & in quo differat à bonis hæreditariis.*
- 8 *Hæreditas quamvis sit successio in uniuersum ius defuncti, tamen in hæredem multa non transeunt.*

- 9 *Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.*
- 10 *Actio secundum auctorem, hæreditaria est ius persequendi in iudicio ra- tione successionis in uniuersum ius quod sibi debetur.*
- 11 *Actio hæreditaria datur actiue, & passiuæ.*
- 12 *Agens ad hæreditatem debet probare se esse eadem, qualem se fecit.*
- 13 *Actio est quid facti, & proinde in du- bio baud presumitur.*
- 14 *Text. in l. 1. ff. quorum bonorum li- tera corrupta, & quomodo emendada.*
- 15 *Hæreditaria actio datur adhuc con- trà rem singularem, & quando.*
- 16 *Actio hæreditaria passiuæ considerata quibus detur, & in quibus iurium lo- cis ea probetur.*
- 17 *Hæreditaria actiones actiue, & pas- siue considerate dantur pro iure for- mato in persona defuncti, non verò pro iure creato post eius mortem.*
- 18 *Hæres representat defunctum in obli- gatione post mortem ipsius defuncti questa, fallit in legatis, que tametsi, post mortem defuncti presentur, il- lorumq; obligatio incipiat, habentur ea tamen loco hæreditariarum actio- num, & num. 19.*
- 20 *Hæreditas alia terrena, alia cœlestis.*
- 21 *Hæreditas terrena differt à cœlesti in modo*



NEAPOLI M.DC.LXXXVI.

Ex Typographia Francisci Mollo.

Superiorum facultate.

